

CAII PLINII

SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ DE gemmis.

De Origine gemmarum.



T nihil instituto operi desit, gemmę supersunt, & in arctū coacta rerū naturę maiestas, a multis nulla sui parte mirabilior. Tantum tribuunt uarietati coloribus materię decori. Violari etiam signis gēmas nefas ducētes. Aliquas uero extra precia ulla taxationemq; humanarum opum arbitantes, ut plerisq; ad summam absolutam rerum naturę contemplationem satis sit, una aliqua gemma. Que fuerit origo gemmarum, & quibus iniūis in tantum hec ammiratio exarserit, diximus quodam tenus in mentione auri annulorumq;. Fabulę primordiū a rupe Caucasea tradunt. Promethei uiculorum interpretatiōe fatali. Primumq; saxi fragmentū inclusum ferro ac digito circumdatum, hoc fuisse anulum, & hoc gemmam.

D § De gēma